tum est pati. talia impossibile est non permutare seipsa a sus-
se naturis. et ergo contrarium in materia corrumpitur p
approximationem sui contrarii quod agit in ipsum, et trans-
mutando ipsum a sua natura. et fm istum modum etiam
superfluum. id est maius corrumpit minus cuius est res-
liquae. eo qd ipsum reliquit. quia vt sic maior ignis contra-
riatur minori. ¶ **T**unc ibi (Si autem omne) Po-
nit tres modos speciales fm quos corrumpitur viuens et
anima. **P**rimus est quia viuens corrumpitur. sic si actu co-
rrarium calidum expellit. id est corrumpit omne felice
humidum naturale. **A**lius est. quia viuens corrumpitur
si hoc. id est actu contrarium sit corruptibile ab humido
vel a continere. et hoc patet per ea que dicta sunt. **T**ercius
corrumpitur viuens per actu contrarius. id est calidum natu-
rale quando sit superfluum. id est maius. tunc enim statim
consumit humidum naturale. si corrupto humido opor-
tet aliud corrumpi. ¶ **T**unc ibi (Propter quod et mi-
nor) Dic consequenter inferre quatuor correlaria. **P**rimus
est. qd propter hoc qd dictum est qd minor flamma corru-
pitur a maiori fm accidens. quia alimentum. i. fumum quod
paruus ignis consumit in multo et longo tempore. hoc
multa flamma cito consumit. et per hoc habet maior flama
contrarietatem ad minorem aliquo modo. scz ratioe
sui humidi vel sui fumum quo nutritur. ¶ **S**ecundum cor-
relarium est. qd omnia viuencia sunt semper in motu. quia
talia semper fiunt aut corrumpuntur. et continens aliquan-
do cooperatur ad corruptionem et aliquando non coope-
ratur. id est impedit corruptionem. ¶ **T**ercium correlari-
um. qd transposita de loco ad locum aliquando fiunt du-
rabiliora. et aliquando paucioris durationis. nullo tamen
possunt fieri eterna illa quibus inest aliquod contrarium
seclit suae. sint in locis suis siue extra loca sua. sed materia
pfectum habet contrarium. id est omne habens materiam
habet contrarium. ¶ **Q**uartus correlarium. sicut aliquod
habet contrarium sic est permutabile. quia si habet contra-
rium fm locum ipsum est permutabile fm locum. et si fm
quantum est permutabile fm augmentum et decrementum
Si vero habeat passionem contrariam alteratur. qz sicut
vniuersus habet contrarium sic mouet et mutat

¶ Primum autem neq; maxima incorrup/
tibiliora. equus enī homine breuioris vite nec
parua epeteia tantum multa entomorum ne/
q; plante totaliter animalibus. Epeteia enim
quedam plantarum neq; sanguinem habentia
apis enī durabilior quidem sanguine haben/
tum neq; exanguia malakia ⁊ epeteia quidem

exanguia . aut neqꝫ que in terra . etenim plante
epeteia sunt ⁊ animalia gressibilia . neqꝫ que in
mari: etenum que ibi breuis vite ⁊ ostrakina ⁊
malakia. Remonet Aīno i cas

¶ Ad consequenter tercio remouet quedam que vi-
dentur causa longitudinis z breuitatis vite. z potest illa
pars diuidi in tot partes quot remouet, que non sunt causae
longitudinis vite. **Primum** est, quia maxima non sem-
per funt incorruptibiliora paruis, id est nō semper sunt lo-
gioris vite, quia equus qui est maior homine est breuior-
is vite q̄ homo. **Secundum** est maius non sunt semper
longioris vite maioribus, quia multa entoniorū que sūt
parua sunt epterea, id est breuis vite. **Tercium** non om-
nes plante sunt longioris vite oibz alijs animalibus, qz
quedam sunt epterea, id est breuis vite, sicut patet de illis
que omniano eradicātur, vt frumentat ordea. **Quar-**
tum non omnia habentia sanguinem sunt longioris vite
non habentibus sanguinem, quia apes que sunt sine san-
guine sunt durabiliores quibudam habentibus sanguinem.
Quintum exangula non sunt semper longioris vite non
habentibus sanguinem, quia malakia sunt exanguia, et
tamen sunt epterea, id est breuis vite. **Sextum** non om-
nia habitantia in terris sunt longioris vite, qz aliqua ani-
malia z alique plante sunt breuioris vite piscibz. **Septi-**
mum habitantia in aqua non semper sunt longioris vite
quia aliqua animalia sunt ibi breuis vite, sicut ostrakyna
et malakia.

Notandum Pro expositione predictorum vocabulorum q̄ quatuor genera animalium sanguinem non habentium. sicut dicitur in quarto de hiszioris animalium. scz malakya malakozstrata. entonia. z ostrakyna. Malakya sunt que habent exterius molle z interius solidus. scz sepia. Malakozstrata sunt que habent interius molle z exterius durus. ita q̄ non est cōminubile sed frangible sicut cancer. Entonia sunt diuisa in supinis vel in dorsibus. sicut musce z apes quia sunt diuise versus succinctoziū vel dyaphragma. Szostrakyna sunt que habent interius quoddam molle z exterius quoddam solidum. ita q̄ est cōminubile. vt fune habitantes in conchyis

¶ Dominio autem longissime vite et in plan-
tis sunt ut palma et cypressus. etenim sanguine
habentibus animalibus magis quam exanguibus
et ingressibilibus magis quam in aquatilibus
quare et combinantibus in sanguinem haben-
tibus et gressibilibus que longissime vite ani-
malia sunt. ut homo et elephas. et utique que qui-
dem maiora ut ad plus est dicere minoribus lon-
gioris vite. etenim in alijs accidit his que longi-
oris vite magnitudo sic dictis. *Quamvis*

¶ Nec consequenter ostendit que sunt longissime vi-
re in plantis ⁊ animalibus. per quod innuit q̄ cause prædi-
cte licet non sint sufficientes, tamen conferunt ad longitu-
dinem vite. **¶** Quicq̄ vniuersaliter in plantis longissime
viret sunt palma ⁊ cyprusus, ⁊ similiter animalia longius

nem habentia sunt longioris vite q̄ exanguia et gressi-
bilia q̄ aquatica. sed in habentibus sanguinem et in egr-
silibus animalia frequenter longissime vite sunt ho-
mo et elephas qd̄ maxime verum est si illa duo coniunc-
tim capiantur. quia sic sunt longioris vite q̄ coruus vel
ceruus. similiter etiam maiora sunt longioris vite mino-
ribus in alijs animalibus. sicut accidit in homine et ele-
phante etc.

Ausam autē de his omnibus hinc
vitijs quis cōtemplabitur oportet
enim accipere q̄ animal est natura
humidum et calidum et vivere tale
senectus autem frigida et sicca et qd̄ mortuum
videtur em̄ sic. materia em̄ corporum existenti-
bus. hoc calidum et frigidum. et siccum. et hu-
midum. necesse est igitur senescencia desiccari

Capitulum secundum

Post q̄ philosophus determinauit quedam pre-
ambula et cum hoc remouit aliqua que viderentur esse
causa longitudinis vite. Nunc consequenter in isto capi-
tulo secundo ostendit veras causas longitudinis et bre-
uitatis vite in animalibus. In secundo facit hoc idem
de plantis ibi. (In plantis autem) ¶ Circa primum.
Primo ponit duas suppositiones. et primo primam. Di-
cens q̄ de omnibus his supradictis causam. hinc vitijs
contemplabitur aliquis. quia oportet accipere tanquā
per se manifestum q̄ animal est naturaliter calidum et
humidum et similiter vivere est tale. quia vivere in vi-
uentibus est esse et ideo est eiusdem nature cū his cuius
est causa. ¶ animal autem sit a natura calidū sic manife-
statur. quia animal ipsum digerit alimentum conuertens
do ipsum in sui naturam sed digestio est a calido. vt dici-
tur quarto meteororum. ergo animalia sunt calida. Sed
q̄ sunt humida sic patet. quia iam probatum est q̄ sunt
calida. sed calidum non est in animalibus sine humi-
do. quia calidum non temperatum per humidum ad-
urit. calidum autem in animalibus non est adurens. er-
go oportet q̄ animalia sint humida. Secunda suppo-
sitiō est q̄ senectus est frigida et sicca et similiter mor-
tuum. Probat quia materia corporum hic existentium
habere aliquod istorum. iam corpus senis. vel est humi-
dum et calidum aut est frigidum et siccum. sed iuuenes
sunt calidi. q̄ sunt flexiles et mobiles. Similiter sunt humi-
di. quia sunt flexibiles. ergo sequitur q̄ necesse sit senes-
centia desiccari et in frigidari. Et ergo senes sunt tristes
et immobiles eo q̄ sunt frigidi. et etiam sunt inflexibiles
eo q̄ sunt sicci.

Arguitur Dicitur est statim q̄ omne ani-
mal est calidum et humidum si
igitur senectus sit frigida et sicca. sequitur q̄ senes non
sint animalia. Dicendum q̄ Arestoreles hic in ista
secunda suppositione loquitur comparatiue comparando
scilicet senectutem ad iuuentutem. quia in iuuentute ma-
gis abundat calidum et humidum. sed in senectute ma-
gis abundat frigidum et siccum. licet etiam sint hu-
midum et calidum in iuuentute vita animalis requirit quia

proportio calidi ad humidum in qua consistit vita non
est punctualis et indiuisibilis. sed habet latitudinem et
ideo animalia possunt esse magis et minus calida. et si-
militer frigida. ¶ Et quando queritur vtrum frigi-
dum et siccū equaliter reperiuntur in senectute et mortuo.
Dicendum q̄ non. quia senectus habet caliditatem et
humiditatem que sufficit ad vitam non autē mortuum

¶ Propter qd̄ oportet non facile desiccabi-
le esse humidum. et propter hoc pingua impu-
trabilia. Causa autem quia aeris. aer autem ad
alia. Ignis autem nō sit putrefactus neq̄ sur-
sum paucū oportet esse humidū facile siccabile
enim qd̄ paucum. propter quod et magna ani-
malia et plante et vniuersaliter est dicere lon-
gioris vite. vt quādamodum dictum est prius
Rationabile em̄ maiora plus habere humidū
non solum at̄ propter hoc longioris vite. Due
em̄ cause q̄ quātum et q̄ quale. quare oportet
non solum multitudinem esse humidū. sed hoc
et calidum. vt neq̄ facile congelabile sit. neq̄ faci-
le desiccabile. et propter hoc homines longio-
ris vite magis quibusdam maioribus longio-
ris vite deficientes multitudine humidū. si pluri-
tatione excedit fm̄ quale q̄ quā deficiat fm̄ quā
tum. Est autem aliquibus quidem calidum
pingue qd̄ simul facit non facile siccabile et nō
facile infrigidabile. Quedam autem animalium
habent humorem. ideo oportet firmum esse nō
leuiter corruptibile neq̄ superfluum Interimi-
tur enim quod tale aut languore aut natura cō-
traria autem est superfluitatis virtus et corrup-
tina. hec quidē nature. hec autē particule.

¶ Nunc consequenter concludit causas longitudinis
et breuitatis vite in animalibus. et primo concludit cau-
sas sumptas ex parte humidū. secundo ex parte calidi. ibi.
(Est autem) Circa primum ponit duas causas. Qua-
rum prima sumitur ex parte qualitatis humidū. Secun-
da vero sumitur ex parte quantitatis eius et tangitur ibi.
(Neq̄ rursus) Dicit ergo primo. q̄ si animal debeat
esse longe vite. tunc oportet humidum non cito esse defic-
cabile et ideo oportet q̄ sit pingue et impu-
trabile. sicut est humidum aereum. quia sicut ignis est impu-
trabilis respectu omnium elementorum. ita aer respectu ele-
mentorum inferiorum. aer em̄ se habet ad elementa infe-
riora. sicut ignis. Secunda suppositio sumitur ex par-
te quantitatis et est q̄ humidum non debet esse paucum.
probat quia paucum humidum est faciliter desiccabile.
et ergo maiora siue inter plantas siue inter animalia vni-
uersaliter sunt longioris vite. sicut dictum est prius. quia
rationabile est q̄ maiora plus habeant de humido mino-
ribus Subdit tamē philosophus q̄ nō solum quanti-
tas humidū est causa longe vite. quia nō solum oportet
humidum esse multum. sed etiam oportet q̄ sit calidū. i.
pingue et nō faciliter desiccabile neq̄ putrescibile vt dic-

Causa longitudinis vite est humiditas

De longitudine

tum est. Et quo inferat qd homines deficientes in multitudine humidi sunt longioris vite quibusdam maioribus. quia humidum hominis excedit humidum aliterius fin quale. licet non excedat fin quantam.

¶ Tunc ibi (Est autem aliquibus quidam) Ponit duas causas longitudinis vite sumptas ex parte calidi. Prima est qd calidum animalium debet esse pingue. et non cito desiccabile neqz facilius infrigidabile. Secunda qd debet habere humidum. id est humidum esse permixtum. Et statim inferat tertiam conditionem humidi ostendens quale debeat esse humidum. Dicens qd debet esse firmum. id est non leuiter corruptibile. et non debet esse superfluum. quia tunc corrumpetur aut languore. quia humiditas superflua putrescit. aut natura quia natura est contraria superfluitati. eo qd humiditas superflua extinguit naturale calidum. Et subdit qd virtus superfluitatis est contraria et corruptiua aut naturae scilicet totius. aut partis vt manus vel pedis

¶ Propter qd coitina et multi spermatis senescunt cito. sperma enim superfluum et amplius desiccatur emissum. Et propter hoc est mulus longioris vite equo et asino. ex quibus generatur. Et femelle masculis si coitui sint masculi. breuioris vite femellis. Adhuc autem quicquid laboriosa masculorum propter laborē senescunt. magis enim desiccatur labor. senectus autem sicca est. Natura autem est vt ad omne est dicere masculi femellis longioris vite. Causa autem quia calidius animal masculus est qd femella. Eadem autem in calidis longioris vite sunt qd in frigidis locis propter eandem causam propter quam quidem et maiora et maxime notabilis magnitudo animalium frigidorum secundum naturam. propter qd et serpentes et saure et foliata magna in calidis locis et in rubro mari ostrokokina. Augmentum enim calida humiditas causa et vite. in frigidis autem locis aqueum magis humidum qd in animalibus est propter qd facile congelabile. Quare hec quidem non sunt omnino animalium que pauci sanguinis aut sanguinem habentium in his que ad arctum locis neqz gressibilia in terra neqz aquatilia in mari. hec autem sunt quidem minora autem et breuioris vite. Aufert enim congelatio augmentum. Alimētum autem non sumentia et plante et animalia corumpuntur. consumit enim ipsum se ipsum quemadmodum enim multa flamma comburit et corripit paucam eo qd alimētum consumat. sic naturale calidum primo digestiūz consumit materiam in qua est. Aquatilia autem gressibilia

et breuitate vite

minus longe vite non quia humida simpliciter sed quia aquosa. Vniuersale autem humidum facile corruptibile qd frigidum et congelabile de facili. Et exanguia propter idē si non magnitudine recopensentur neqz enim pinguedinem habent neqz dulce. In animali enim qd pingue dulce propter quod apes longioris vite alteris maioribus animalibus

¶ Hic consequenter inferat quedam correlaria quorum quedam sunt fatis immunda. sed nihil refert. quia omnia munda mūdīs. Primum est qd animalia multum coitui et multi spermatis. id est abundantia in spermate cito senescunt. quia sperma est superfluum. sed nunc statim dictum est. qd virtus superfluitatis est corruptiua nature. et iterum ipsum sperma emissum per coitum exiccat magis. Tum qd extrahitur humiditas a corpore. Tum etiam quia in emittendo animal calefit et multum vaporat. et quia humidum non exit sine calido. ergo coitus exiccat et infrigidat et sic multum coitui cito senescunt. ¶ Secundum correlarium longioris vite est mulus equo et asino ex quibus generatur. quia equus et asinus sunt coitui non autem mulus

¶ Tertium correlarium. femelle sunt longioris vite masculis. si masculi sunt multum coitui. quia masculus est calidior et siccior femella et ideo cum coitus exiccat plus desiccatur masculus in coitu qd femella et illa siccioras ducit ad senectutem. Est tamen verum qd mulieres etiam multum grauantur in partu in quo fit multa exaltatio caloris. Et ideo propter partum mulieres cito senescunt. ¶ Quartum correlarium. passeres masculi sunt breuioris vite femellis. quia passeres masculi sunt multum coitui. ¶ Quintum correlarium. quicquid masculi sunt laboriosi. illi propter laborem magis senescunt. quia labor desiccatur. senectus autem est sicca.

¶ Sextum correlarium. naturaliter masculi sunt longioris vite femellis quia masculi sunt calidiores femellis. ¶ Septimum correlarium. propter eandem causam animalia eadem. id est eiusdem speciei habitantia in locis calidis sunt longioris vite habitantibus in locis frigidis. Et propter eandem causam animalia sunt maiora in locis calidis qd frigidis. et propter eandem causam etiam sunt longioris vite animalia frigida in regionibus calidis. propter qd magnitudo animalium frigidorum fin naturam notabilior est in calidis regionibus. Et propter hoc serpentes que sunt nature frigide et saure. id est vespertiliones et talpe et foliata sunt magna in locis calidis. et similiter ostrokokina sunt magna in mari rubro. Causa omnium istorum est. quia humiditas calida est causa augmenti et longe vite. sed in locis frigidis humidum est aqueum et non multum potest augere et est facile congelabile quare animalia frigida in talibus locis sunt breuioris vite. Et hoc etiam probat a signo. quia si animalia habentia paucum sanguinem et frigida ponantur in locis calidis sunt longissime vite sed habentia multum sanguinem posita in locis multum frigidis siue sint gressibilia in terra. siue aquatilia in mari sunt minora et breuioris vite et minoris magnitudinis. quia in illis locis cito congelant sed congelatio aufert augmentum et vicari.

pa
za

za

Ma
P. brevis
vite

pm

zm

zm

zm

zm

zm

zm

zm

zm

zm

zm

zm

zm

zm

zm

zm

zm

zm

zm

zm

zm

Ocrum corollariuz inter plantas et animalia illa que non sunt alimentum facilliter corrumpuntur quia calidū deficiēte humido agit in seipm. et seipm corrumpit. Sicut em magna flamma cōsumit paucā. sic etiā calidū naturale primo digestiū vel digerens alimentum cōsumit materiam in aqua est scz humidum. et sic ex consequenti corrūpit seipsum. **Primum corollarium.** aqua etia sunt breuioris vite q̄ gressibilia non quia non sunt magis humida sed quia habent humidum aqueum qd est vniuersaliter cito corruptibile. quia est frigidum et cito congelabile sed gressibilia habent humidum pingue et vniuersum et ideo sunt longioris vite. **Secundum corollarium.** animal exangue si non recopentur in magnitudine est breuioris vite q̄ habens sanguinem quia humidum in animali debet esse pingue et dulce sed animal exangue neq̄ habet pinguedinē neq̄ dulce. quia in animalibus illud qd est pingue est dulce. Et q̄ in apibus est multum dulce ideo concludit q̄ apes sunt longioris vite quibusdam animalibus maioribus q̄ plus habent de pingui et dulci q̄ quedam animalia maiora. et ideo humidum in eis cum sit pingue non est de facili cōgelabile.

In plātis autem sunt que longissime vite et magis q̄ in animalibus. Primus quidem q̄ aquosa minus quare non facile cōgelabilia. deinde habent viscositatem et frigiditatem et sicca et terrestria existētia nō autem habent facile siccabile et humidum

Postq̄ philosophus superius determinauit causam longitudinis vite in animalibus. **Nic consequenter in hac parte secunda determinat ipsam in plantis et circa hoc primo ponit suam intentionem.** Dicens q̄ in plātis sunt aliquę que sunt longissime vite et magis q̄ in animalibus quasi diceret q̄ aliquę sunt plante que sunt longioris vite q̄ quecunq̄ animalia. Et ex hoc patet q̄ complexio temperata absoluta non est causa longioris vite. si enim capiatur paucum calidum et paucum humidum possibile est tale habere bonam complexionē et temperatam. et tamen tale est breuis vite. quia multum humidum est causa longe vite. Sed si temperata complexio absolute esset causa longe vite tunc cum animalia sint cōplexionis magis temperate q̄ plante. animalia essent longioris vite q̄ plante. Et statim philosophus qd dixit probat tribus rationibus. **Prima** quia humidum plante est minus aquosum q̄ humidum animalis et ergo humidum plantarum non est ita de facili cōgelabile sicut humidum animalium. **Secunda** causa. quia plante habent humidum magis viscosum. vt patet in distillatione gummi. **Tertia** cā quia plante sunt frigide respectu animalium. quia non habent caliditatem intensam que posset facilliter consumere humidum. et etiam sunt sicce et terrestres. eo q̄ sunt inflammabiles. q̄ ergo sunt viscosę frigide terrestres et sicce. sic habent humidū non de facili siccabile.

Arguitur Plante etiam habent caliditatem. ergo philosophus hic male facit solum mentionem de frigiditate plantarum. **Ans.**

recedens probatur quia viuunt. sed vita consistit in calido et humido. Et hoc etiam patet per digestionē quā faciunt. quia digestio est a calido. Dicendum q̄ Aristoteles hic loquitur cōparatiue. quia plante sunt frigidiores res animalibus

De hoc autem qd est naturam arborum esse durabilem oportet accipere causam. habet enim propriam ad animalia preterq̄ ad entoma. Iuuenes enim semper plante sunt propter qd multi temporis semper em altere germinatio. **De aut senescunt et similiter radices sed nō simul sed aliquando quidē solum stipes et rami perierunt alteri aut iuxta nati sunt.** cum autem sic fuerint radices alie generantur. et sic semper manet hoc quidē corruptum hoc autem factus propter qd longe vite.

Quedā arbores Plogiois vite **Nic** consequenter ponit in speciali causam longioris vite in plantis. descendendo scz ad aliquas plātas scz ad arbores. Dicens q̄ oportet causam accipere de eo qd est naturam arborum esse multum durabilem. q̄ arbores habent propriam causam aliam q̄ habent animalia entoma licet habeant similitudinem cum illis. Et illa causa est quia plante sunt semper iuuenes eo q̄ continue habent nouas germinationes. et ideo ante iuuenescunt. Et subdit philosophus q̄ quedā plantarum senescunt. sed non simul cum suis radicibus. quia aliquādo soli rami senescunt et statim noui rami nascuntur. aliquādo etiam solus stipes senescit. et etiam aliquando radices senescunt et alie generantur. Ex quo inferet q̄ qd iuxta radices possunt hoc facere scz q̄ quando vna pars corrumpitur et alia generatur tunc sp̄ manet planta eadem et propter hoc arbor est longe vite

Assimilantur autem plante entomis sicut dictum est prius. diuisa enim viuunt et duo et multa fiunt ex vno. Entoma autem vsq̄ ad viuere peruenerunt multo autem non possunt tempore. nō em habent organa neq̄ facere possunt ipsa principium in vnoquoq̄. Quia autem in planta possunt vbiq̄ em habent radicem et germen potentia propter qd ab hac semper prouenit: hoc quidem nonum. hoc autem senescens modico aliquo differentia inesse longe vite. sic quēadmodum que absplantantur. Et em in absplantatione modo aliquo dicit vtiq̄ aliquis eadem accidere. particula em quadā quod absplantatum. In absplantatione quidem igitur separans accidit hoc. ibi autem per continuus. Causa autem quia inest vbiq̄ principium virtutis existens.

Nic consequenter philosophus comparat plantas ad animalia. et primo ad animalia entoma. secundo

Commenit plate
en maitre entonno

Orunt qz in aut
E-10 d. m. f. a. t.
in 21^{to} m. d. l.
21^{to} m. d. l. Vi
p. d. p. l. a. m. d.
o. p. i. m. p. l. a. d.
q. u. d. m. d. m. d. l.

Couemūt plantis
ai aialibz in col

et breuitate vite

Querit Etum animal per continuam susce-
ptionem nutritur. ipso in vita pe-
petuari. Dicendum q non quia quando animal pro
nutritionem suscipit alimentum tñc humidum radical
conmiseretur cum humido nutrimentali ex qua pmixtione
humidum radicale debilitatur. Et quanto plus humi-
dum nutrimentale comiseretur cu radicali. tanto magis
humidū radicale debilitat. Et q̄a humidū radicale nō
est virtutis infinitē. sed habet virtutem finitam quam
accipit a progenitoribus. ideo tandem virtus humidū
radicalis per illam additionem extinguitur. et ergo eti-
am necesse est ex consequenti vitam extinguiari que cōs-
istit in tali humido. Et huius exemplum valde pro-
prium ponit Aristoteles in libro de generatione de vino
qui successe ibi admiscetur aqua. Et est par ratio de plan-
tis quāvis ibi videatur maior duratio eo q̄ plante, iu-
ueneſcunt per pullulationem. quia in ipsis illa pullulatio
tamdiu durat q̄ diu manet in eis humidum radicale
q̄d est finite virtutis. et ergo tandem cōrumpitur per ad-
mixtionem humidū nutrimentalis. Etiam tam in ani-
malibus q̄ in plantis calidum agit in humidum pro-
prium et reparatur cum sit agens per naturam quare o-
portet vtrūq̄ debilitari et tandem extinguī. quia animal
non potest semper agere quare necesse est animal finalit
et marcescere et extinguī per mortem

Arguitur Anima sensitiva animalis nec
corruptur per se nec per acci-
dens. ergo videtur qd sit incorruptibilis. Antecedens p[ro]b[atur]

batur. quia non per se. eo quod totum compositum per se cor-
rumpitur sicut per se generatur. ut dicitur septimo me-
taphysice. neque per accidens ad corruptionem sui subiec-
ti. quod subiectus anime sensitivae sicut cuiuslibet forme sub-
stantialis est materia prima que est ingenerabilis et in-
corruptibilis. Unde quod subiectum anime sensitivae est
corruptibile non simpliciter sed quantum ad dispositiones
quas expigit anima sensitiva in tali subiecto cum actus
actiuorum sint in patiente predisposito sed corruptis illis
dispositionibus corrumpitur proportio corporis et ani-
me. qua corrupta corrumpitur per se animal. Sed anima sen-
sitiva corrumpitur per accidens ad corruptionem totius
aggregati. Et hoc debet intelligi de anima sensitiva in
brutis quia anima sensitiva in homine est incorruptibilis
sicut anima rationalis. eo quod secundum doctorem sanctum in
homine eadem anima secundum substantiam est rationalis et
sensibilis.

Arguitur Homo in statu innocentie ha-
buit corpus animale et vitam
animalem cibis indigentem propter quod de omni ligni
no paradisi comedit. et tamen in tali statu fuit immor-
talis. Unde secundum doctorem sanctum quod corpus homi-
nis in statu innocentie non erat dissolubile per aliquem
vigorem immortalitatis naturaliter in eo existentem. In-
venit anime vis quedam supernaturaliter divinitus
data per quam poterat corpus preservare ab omni cor-
ruptione quod diu maneret deo subiecta non obstante eo quod
etiam communicabat corpori id quod cooperit ei in quantum ani-
ma. quia in illo statu corpus habuit vitam animalem que
est ab anima vegetativa tanquam a primo principio deter-
minato. Sed in ultimo statu post resurrectionem comuni-
cabit anima quodammodo corpori ea que sunt sibi pro-
pria in quantum est spiritus. scilicet immortalitatem quantum
ad omnes. impassibilitatem vero et virtutem et gloriam
quantum ad bonos quorum corpora dicuntur spiritualia.
Quamobrem concedat sanctificus spiritus a patre et fi-
lio non factus nec creatus neque genitus sed procedens in
secula seculorum benedictus. Amen.

¶ Explanatio textualis in quatuor libros par-
vorum naturalium Aristotelis partim ex com-
mentariis sancti Thome Aquinatis partim ve-
ro ex alijs doctrine conformis quam aptissime trans-
sumpta. ad perfectum studentium gymnasij Don-
tis. Qua diligens lector longe melius. longe/
denique facilius intelligere ac eloqui poterit in his
libris contenta iuxta inuincibilem et irrefraga-
bilem tanti doctoris sententiam cuius in hoc
opere sicut et in alijs fideliter probatissima imi-
tatus sum vestigia

.U. .E.

[illegible]

Replacemus quod
non videtur cum ipse et
iam eadem variationem
verbi nomenclaturam vult
utbeducendum debet
Si quis alio dubitauit.

~~Asunto Iran~~

[illegible]

...deus
...modi scilicet
...de gratia
...intra modum
...de divisione
Indo ...
...de ...
...de ...

1874-75

Anders